

EXERCITIUM ACADEMICUM  
De  
**JURE  
TALIONIS,**

*Quod cum consensu ampliss. Facult.  
Philosophicae Aboënsis,*

Sub PRÆSIDIO  
*Cl. VIRI*

M.ag. ALGOTHI A.  
**SCARIN,**

Phil. Civ. & Histor Prof. Ord.

*Ad publicum examen defert.*

CAROLUS JOH. BECKMAN  
*O-Bothn.*

Ad d. 16. Oct. 1736. h. l. fol.

---

ABOÆ, exc. Joh. Kiämpe, R. Ac. Typ.

Nobilissime atque Amplissime DOMINE,  
**D. SIMON LINDHEIM**  
Regii DIGASTERII ABOENSIS AD-  
SESSOR, itemq; ILLUS TRIS SO-  
CIETATIS LITERARIÆ Svethicæ  
SODALIS gravissime,  
MÆCENAS Magne.

Quod TUI sub auspicio NOMINIS lectissi-  
mi, in lucem prodire jubeam juvenilis  
industriæ primitias basce, TU et omnibus  
bonarum artium alumnis spectata benevo-  
lentia efficit. Ultrum pietatis, an vero  
magis præsumptionis nimiae indicium cens-  
seri debeat, TU solus judicabis: cum  
munere in ipso nil nisi erudum, insipidum,  
VIROq; gloria literarum cumulatissi-  
mo indignum ipse sensiam. Atque vertit hu-  
manitas, virtus illa neku mancipioq; TUA,  
audaciamq; cunctationem meam in in-  
genuum animi non degeneris confidentiam:  
præsertim cum exigit vis illa favoris at-  
que beneficentia, quam in patrem nuper,  
cum in vivis esset, contulisti: exigit ma-  
nes illius qvog; ut quod ipse non potest  
pice

pietatis & grati animi debitum præstare,  
oblati nominis illius heres ego, in re te-  
mni mea, exsolvam. Fateor esse reah si-  
mentum impar gratiæ, qdā cum p̄ tri-  
tum quoque filio exhibuisti. Verum cum  
sit illa indoles pulcherrime natura TUAE,  
ut ad bene merendum, quam reposcen-  
dum promtior sit; quia supra mensuram  
virium mearum positum quoqz, TALIONIS  
vicem rependere TUIS beneficiis: ut ista  
banc obſidem & velut sponsoriam animi  
tabellam præfigi tirocinio huic, eandemqo  
TUO NOMINI inscribi non grave feras, im-  
pensè rogo. Quod in meis viribus unice po-  
ſitum ſentio, vota ad COELI NUMEN pro  
TUA incolumitate pia & religioſa funde-  
re nullus intermittam, velit TE gentis no-  
ſtre, ejusque civilis & literariæ rei or-  
namento perenni, ſospitem & bene valen-  
tem conſervare, TUISqz bono publico  
conſecratis curis felicitatem adjicere, per-  
petuitatemqz! Eſt illa votorum ſumma

Nobilissimi NOMINIS TUI

*Clientis devotissimi*  
Carol. Joh. Beckman.

Plur. reverende erg, clarissime vir,  
Dn. NICOLAE S. TOLPO,  
Ecclesiarum in Cumā & Harjawalla PA-  
STOR apprime merite, Nutritie libera-  
lissime.

**C**ontra officium & omnem pieatam face-  
rem certe, si ansam hanc publice testandi  
obsequii mei, ullo sine præfamine NOMINIS  
& meritorum TUORUM pæterire sinerem. Ete-  
nim tot & tanta in me exstant beneficia TUA  
ab illo tempore, quo memet filiorum carissi-  
morum TUORUM rudimentis admovisti, ut ea  
non animo complecti, nedum verbis, quæ eo-  
rum multitudini respondeant, exprimere vale-  
am. Cum vero in tenui re mea nil sit plane,  
quo TUA beneficia affequi, non dicam compen-  
sare queam, factum hunc quantulacunque  
industriæ meæ TUO nomini inscribere, a pie-  
ate mea non alienum putavi. Quem si fi-  
nu fovere, measque spes in posterum quoque  
clientalæ TUA dignari non decreta veris, ad  
rem in posterum bene agendam, prosperum mi-  
bi signum sublatum, maximisque beneficiis TU-  
AS non levem in præsentia cumulum abs TE  
adjectum mihi in sinu gratulabor

Pl. Rever. & Clariss. NOMINIS TUL.  
Cultor indefessus  
Carol. Joh. Beckman.



## PROOEMIUM.

**I**N ambiguo diu suspensiōq;  
stetit animus meus, utrum  
in illa *Musarum* palæ-  
stra, qva via non omnibus  
lata decurrere permisum est,  
meas ingenii qvantillas vires  
periclitari auderem: utrum  
vero instituto laboris & aleæ  
plenissimo superfederem. in  
illa præsertim afflictione do-  
mus & necessitudinum mearū  
nuperrima clade: qvæ præ-

A ter

3

ter adminicula rei bene gerendae tantum non omnia, parentem meum, eundemque ad scriptorem spei & salutis mea indulgentissimum studiosissimum que, funere acerbo sustulit. Ast vicit, saltem mitigavit eundem astum meum eorum, qui in juvanda ornandaque spe mea, patris vicem subire voluerunt, summa benignitas, quibus cum non amoris solum, sed & obsequii necessitudine devinctus sim, a consilio voluntateque eorum in contraria studia deflectere impium putavi. Fixi animo cogitationem, ratus contra fortunam spei nonnunquam insistendum esse. Verum in illis, quae nunc mo-

moror, locis a sedibus Mu-  
sarum procul remotis, argu-  
mentum dissertationis licet am-  
bienti & inqvirenti sollicitius,  
aliud aliquod quam vulgare  
non occurrit elaborandum: de  
Jure *TALIONIS*. Credebam  
ad conficiendum iter illud, sine  
cortice, quod dicitur, appa-  
ratuque librorum adeo non  
magno omnia in vado futu-  
ra. Verum operi me propri-  
us accingenti, aqua mox hæ-  
rere & prope majoribus in il-  
lo freto, quam alio quocun-  
que, fluctibus implicari cœ-  
pi. Quare parum abfuit, qvin  
oneris atque rei difficultate  
nova vietus a proposito ite-  
rum desisterem. Verum istam

<sup>4</sup> fluctuationem animo meo re-  
movit demum Tui favoris Le-  
ctor benigne humanitatisque  
justa præsumtio. Qvam si in  
patrocinium , saltem excusa-  
tionem juvenilium ausuum ho-  
rum propendere animadver-  
tam , ad emetiendum felici  
pede curriculum , qvod pro-  
stat , plus in eadem præsidii ,  
qvam in obrectatione male-  
volorum sufflaminis proposi-  
tum mihi constitutumqve exi-  
stimabo.

§. I.

**A** Neq; vam vero ad ulteri-  
orem materiæ hujus tra-  
ctionem progrediamur , ini-  
tio paucis expedienda est signi-  
ficatio vocis *Talionis*. Est il-  
la

la originis uti videtur, Latinæ,  
a vocabulo *Tali* derivata: di-  
citurque quando genere, qvan-  
titate atqve qualitate tale qvis  
recipiat, qvod alteri admens-  
sus fuerit, seu ubi illud agi-  
tur, ut tale qvis patiatur ab  
alio, qvale prior ipse alteri  
intulerit. Vocari alias a Græ-  
cis solet, Αἴματι ab αὐτίθουσ  
permuto, ταυτοτέτατα, αὐτίπεπον-  
θος & αὐτίπιρωσ. Vernacula  
vero, puta Svecanæ lingvæ  
formula. Jam mot jämno/  
fult gen fullo dici solet. adeo  
ut vi derivationis Talio nihil a-  
liud significet, quam retributio-  
nem, sive eandem sive diversam  
specie, bonorum atqve ma-  
lorum, præmiorum atqve pœ-  
na.

narum. Originem atque au-  
toritatem legis & instituti hu-  
jus, puta retribuendi alieni fa-  
cti, Aristoteles a Pythagora  
ejusque aſſeclis arcessivit; qvip-  
pe existimantibus nil dari pos-  
ſe justum magis aut ab æqui-  
tate naturali minus dissentiens  
res, qvam ut qvæ aliis fece-  
rit, eadem qvisqve, mutuæ re-  
tributionis jure, ab aliis vicis-  
ſim referat atque reporter. Ju-  
re ne an vero præter meritum  
auctoritas hujus legis Pythago-  
ræ tribuatur, nostrum non  
est inquirere. Nobis de mo-  
ralitate illius ſuris præcipue fo-  
licitis perinde fuerit, ſive Py-  
thagoram habeat auctorem,,  
ſive natales ſuos altius repe-  
tat,

7

eat, & ad Numinis legisla-  
tionem sui originem referat.  
Mille enim annis ante Pytha-  
goram legisterio Mosis sacro, u-  
sui & exemplo populi Iudaici  
eandem latam novimus (*a*),  
Hec justitiae ratio in delictis  
gravioribus observanda, san-  
citur Lev. XXIV. 20. nec non  
primi libri Mosis capite IX. 6.  
Hujusce vero legislationis, nec  
non indolis & genuini sensus  
illius investigationem, juris di-  
vini & humani interpretibus,  
pariterque justitiae civilis admi-  
nistris, negotii plurimum nullo  
non tempore facessivisse, ex  
sequentibus dispaleſcer.

*a) Exod. 21. v. 23. § 24.*

## §. II

**A**B etymologia vocabuli adeoque a nominali translatione, ad homonymiam, & demum realem considerationem ut proprius deveniamus, ordinis ratio exigit. Variarum acceptiorum recensioni, quas apud alios atque alios doctores vocabulum invenit, non est ut multis immoremur. Lexicographorum, qui passim prostant, industria & diligentia illius laboris otium nobis fecere, suamque, ad plenam cognitionem rei, non difficilem neque irritam operam omnibus offerunt, scribia sua evolvere cupientibus. Præcipuorum moralistarum,

cir-

circa indolem diversam juris  
hujus, de quo queritur, ju-  
dicia, in praesens adduxisse  
sufficiat. Etenim cum ingenii  
mei viribus ipse diffidam, cer-  
te tantum non tribuam, ut  
eruditorum virorum sententias  
sub examen revocare, aut  
meum illis interponere judici-  
um sustineam, simplici recen-  
sione & collatione interpreta-  
tionum juris hujus defungar  
saltem: a nemine mihi vitio ver-  
sum iri sperans, si sententiae, in  
quam conspirant plurimum, eo-  
rumque gravissimorum virorum  
suffragia, calculum qualemcum-  
que meum, coronidis loco  
adjecero. *Ialitionem* Celeb.  
D. Hahnius (β) & cum illo

Cap.

Camerarius dividit in *simplicem* seu nudam & *proportionatam* seu proportionalem. *Proportionata* seu proportionalis dicitur, qvando qvis non idem plane specie refert, qvod alteri fecit; utpote si furi non tantundem eripitur, sed quadruplum rei ablatæ premium, eidem pensandum imponitur. Qvi alteri innocentii convitium fecerit, non convitii & ignominiae idem specie malum, sed diversum sustinet, puta ubi diminutionis civilis probrum, eidem adjudicatur, poena pecuniaria, aut malum aliud aliquod in vicem redhostimenti sustinendum, partiqve lxxiæ exsolvendum imperatur. *Simplices* vero seu nuda illa dicitur,

tur, qvando plane idem ratione speciei & æstimationis redditur & irrogatur delinqventi, qvod alteri fecerit. e.g. qvando in pœna homicidii redditur anima pro anima, qvando in vulneratione corporis, aut mutilatione unius vel alterius membra, ejusdem generis, eademqve æqvivalente mensura, malum, pœnæ loco infligitur: qvale perpetiendum malum, in vicem supplicii divinam justitiam irrogasse Adoni Beseko Cananæorum regulo Sacra pagina, ipsius ore & confessione rei, testatur.

(β) tit. d. j. ♂ j. n. XIII.

### §. III.

**D**E justitia vero *Talionis*,  
licet

licet in genere nil excogitari  
possit æquum magis, quam  
ut ex sententia Quintiliani, i-  
temque Pythagoræ, qui fer-  
ro græssatus est, præbeat ipse  
quoque cervicem, & qui oculos  
effodit, reddat de sua cæcita-  
te solarium: adeoque usum  
qualemcumque multis videatur  
habere posse ταῦτα in con-  
tractibus illis potissimum, qui  
involuntarii dicuntur & in pœ-  
narum sanctionibus consistunt.  
Nihilominus tamen, expensa  
pensiculatius problematis hu-  
jus naturâ cum morali, tum  
præsertim civili, in neutro ge-  
nere contractuum, neque in  
voluntariorum, certe non vo-  
luntariorum simplex illa sedem  
ni.

nisi ægre invenire potest. Non  
in contractibus voluntariis, sub  
qvibus comprehenduntur em-  
ptio, venditio, locatio conductio,  
mutuum, & qvæ eodem per-  
tinent ceteræ rerum atque o-  
perarum permutationes. In  
hisce illud Talionis genus lo-  
cum non facile aliquem habet.  
Ratio hæc est, qvia venditor sal-  
vo pudore & alieno jure, idem  
illud denuo revocare non ubiq;  
potest, qvod simpliciter & ab-  
solute aliorum usui reliquerit.  
Sed hoc agit, ut tantundem  
recipiat, qvod suæ rei inser-  
viat, suarum mercium lacunæ  
respondeat. Operam & rem,  
qvæ vicem suæ rei aut ope-  
ræ subitura sit, diversam po-  
tius

tius qvam specie eandem recipere intendens. Eatenus namqve non ineuntur contractus, ut idem necesse restituatur, sed ut qvisq; ab aliis reporter, qvod ipse ad copiam & sustentationem indigeat. Imo neqve in *invitis* contractibus nulla simplex Talio commode & ubique locum obtainere potest. Etenim tunc furtum furto, adulterium adulterio castigantur, quod nihil aliud foret, quam vitia vitiis cumulare. Plura hac de re egregie monet illustris Pufendorfius ( $\gamma$ ) cuius judicium quia prolixum magis, ad egregium opus ejus de Jure N: & Gentium, lectorum quoque alegatum volo.

lo. Et quis nescit in irroga-  
tione pœnarum , eadem pa-  
tienda neque semper injungi  
posse , quæ reus in alterum  
intulit. Ratio temporis , re-  
verentia personæ , loci , & quæ  
ceteræ sunt circumstantiæ i-  
dem quantitate & qualitate re-  
fundi malum , denegare multo-  
ties solent. In delictis non tam  
æqualitas & proportio quædam  
simplex criminis & pœnæ  
( quippe socialitati & generis  
humani saluti non necessario  
innexa ) quam præcipue fi-  
nis , indolis & intentionis qua-  
litas , accurate observanda.  
Tantum pœnæ irrogandum ,  
quantum ad reparandum da-  
mnum , ad reprimendam li-  
bis

bidinem peccantis, & ad ex-  
piandam graviorem in vulgo  
offensam, necessarium fuerit,  
seu uti sunt verba Celeb. Put-  
fend. *Respiciendum ad malum*  
*præteritum, proventuramque*  
*ex pœna utilitatem.* Hinc pri-  
mum a Talione hac simplici  
excipiuntur *casus quicunque*  
*fortuiti, cum in illis omnis*  
*animi prava destinatio adeoq;*  
*imputatio cesseret.* Neque enim  
quisquam allici invitariq; facile  
potest ad peccandum proæreti-  
ce & voluntario, facti alieni  
exemplo invito & plane invo-  
luntario. Remanet igitur in  
eiusmodi læsione, e. g. vul-  
neratione fortuita retributio-  
nem ejusdem generis atque  
men-

mensuræ, h. e. simplicem Ta-  
lionem crudelem esse & inhu-  
manam.

§. IV.

**F**acti dolosi & temerarii ea-  
dem omnino ratio est :  
utpote si quis in foro civili litig-  
aret, idemq; alapam vel Judici-  
ci, vel æqvali, una secum litigan-  
ti infligeret. in illo casu ab-  
solute neque valere debet sim-  
plex reciprocatio Talionis ; nul-  
la habita ratione nobilitatis  
objecti, in quod peccatum fuit,  
religionis & securitatis loci, ne-  
dum intentionis aut damni ex  
læsione ejusmodi voluntaria eo-  
mergentis. An ad tollendam  
ignominiam & læsionem per-  
sonæ judicis, & denique lu-  
dibrium contumeliamque san-

Etissimo muneri illatam, sufficit retaliatio simplex, i. e. collaphus in vicem pœnæ datus percussori? Vix credo, illo ad compensationem & futuram cautionem, inito itinere, muneris & personæ sanctitati, quantum satis sit, consuli, Pariter si quis die feriata, gladio temere stricto quempiam secundum caput vulneraverit, duplici sine dubio pœna dignus ille censeretur, tum propter violatam publicam pacem, tum propter reverentiam Dominicæ diei. Aequalitas & proportio in omnibus quidem quantum fieri potest, servanda, sed ita, ut ad publicam salutem, omnia in societate hu-

humana cum primis attemp-  
randa veniant. Ea, quæ us-  
tilitati & æqualitati, quæ pri-  
vatim valet, in nullis non  
casibus præferenda, honesti-  
que naturalis, præcipue vero  
civilis mensura est. Spectat  
eodem dicti modo philosophi  
apud Gellium gravis censura,  
cum legum opportunitates atque  
medelas pro temporum moribus  
et pro rerum publicarum geno-  
ribus, ac pro utilitatum presen-  
tium rationibus, proq[ue] viis oris,  
quibus medendum est, fervo-  
ribus, mutari atque flecti: neq[ue]  
uno statu confestere, quin, ut  
facies cœli atque maris, ita  
retum atque circumstantiarum  
vicissitudinibus mutari docet.

## §. V.

**V**Idimus tranquilla potesta-  
te & quidem pacis tem-  
pore, per illam simplicem.  
Talionem ægre perveniri pos-  
se ad finem civitatis. Exigit  
jam ordinis ratio, ut insuper  
dispiciamus, quomodo isthæc  
proportio pœnæ atque pecca-  
ti simplex in bello locum ha-  
bere nullo modo queat. Si  
intra civitatem Talio simplex  
locum ægre invenit in crimi-  
nibus, utpote adulterio, stu-  
pro, abortus procuratione,  
incesto, ceteris, quæ nisi  
peccata peccatis punienda sint,  
facinorosus illo modo, quo  
peccavit, compensare nequit,  
justitia & jure humanitatis sal-  
vo.

vo: Inter hostes certe, cessante, (qvid dicam de flagrante ) bello, justitiæ vindicativæ genus illud locum invenire nullo potest modo. In statu ubi nullus titulus aut nomen pœnæ , proportionem invenire pœnæ cum delicto, eandemque identitatem perpetuo deinde tenere velle in quibuscumque malis status illius , quis non impossibile omnino judicaverit ? In bello, infinitæ læsioni infinitam defensionem opponere quemque posse : Imo fas esse quoque postulare , una cum dati damni reparatione , cautionem de non in posterum lædendo sufficientem , ignotum nemini esse potest. Si Pythagorica ini-

inibi valeret ratio reparanda  
 afflictæ justitiæ, quis non ju-  
 dicaverit in bellis tantum non  
 omnibus, ubi millena homi-  
 num millia sæpe numero gladio,  
 fame, frigore & infinitis aliis  
 modis ad interencionem rapi-  
 solent, adductum iri in dis-  
 scrimen, non dicam sociali-  
 tatem, sed & statum humanita-  
 tis ipsum, si damnum atq; jactu-  
 ram innoxie civitatis tantam &  
 tam atrocem, simplici retribu-  
 tionis lege, qvæ noxam fecit,  
 suorum civium æqvali strage  
 lueret respuplicæ.

### §. VI.

**I**Tem existere casus identi-  
 dem possunt, qui plane  
 ne physice quidem admittunt  
 hoc

hoc puniendi genus. Et si vel  
admitterent ; attamen exacte  
adeo mensuram , in retalian-  
do , servare , impossibile fo-  
ret , ut delinquenti neque  
plus neque minus imponere-  
tur. In inficto capiti alicu-  
jus vulnere , quomodo quæ-  
so ! æquilibrium accurate ser-  
vandum ? An possibile sem-  
per ita armatam ferro manū  
librare , ut mali inferendi il-  
latique , eadem semper , non  
majore neque minore cum peri-  
culo afflictioneque , compensatio  
existat. Vulnus ejusdem longitu-  
dinis & altitudinis ita remetiri ,  
ut ulla in re neque defectus , ne-  
que excessus aliquis evadat , i-  
psi ex arte infligenti adeo ne-  
que

que in promptu posita res es-  
set. Nonnunquam justo acer-  
biorem, aut leviorem, non-  
nunquam cum magno vita  
periculo hance speciem Tali-  
onis conjunctam fore, facilli-  
me apparet. Acerbior futura  
esset monoculo, nimirum si  
is visu plane orbus redderetur.  
Levior vero justo futura es-  
se videretur extundenti mo-  
noculo lumen suum: si e-  
repta alteri omni facultate vi-  
dendi, suam ex parte lædens  
retineret. Imo æqualitatis et-  
iam in nonnullis casibus expers  
esset hoc genus Talionis, si  
videlicet tenuioris valetudinis  
quisque robustiorem, iterum  
robustior infirmum & graci-

lē percuteret atq̄e vulneraret.  
 Certe quam pro viribus inflictā  
 ab altero percussionem identi-  
 dē rusticus perferre & superare  
 brevi posset, eadem delicati-  
 oris & imbecillioris tempera-  
 menti alterum, qui ad volu-  
 ptatem & dolorem omnia re-  
 ferre solet, in discrimen vale-  
 tudinis, ipsumque s̄æpe mortis  
 metum pertraheret.

### §. VII.

**E**xaminata breviter illegali-  
 tate & injustitia simplicis  
 Talionis. Quæ divina jura  
 hac de re statuant, dispicere,  
 operæ premium esse duximus.  
 Clara sunt verba: (γ) si autem  
 noxa exitialis sit, reddes ani-  
 mam

(γ) Exod. 21. 23. 24.

mam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manus pro manu, pedem pro pede. Spectat eodem de homicidio temerario atque doloso lata lex divina (§). Qui effuderit sanguinem humanum, per hominem sanguis illius effundetur. Fuere nonnulli, qui ansam ex citatis locis visi sibi sunt satis sufficientem Talionis absolutæ inferendæ & vindicandæ: quique etiam literam legis latæ illius citatæq; constanter urgere nulli dubitaverunt: quos inter familiam dicit R. Ben Gerson in suo ad Exodus commentario: cuius inde vestigia Constantinus Em-

pe.

(§) Gen. IX, 6.

pereur quoque sequitur in suis  
ad dicta Pentateuchi loca an-  
notationibus, ut alios taceam.  
Legitur fere iisdem verbis a-  
pud veteres Romanos, in eo-  
rum legibus oppido paucis, quæ  
XII. tabularum audiunt, idem  
præceptum. Si membrum ru-  
perit, ni cum eo pascit, Iuslo esto.  
Verum enim vero cum in ge-  
nere hominum dura, crudelis &  
non raro executioni prorsus im-  
possibilis hæcce lex videatur:  
Idcirco existimabant Hebræorū  
interpretes alii hanc legem non  
Pythagorice sed proverbialiter  
de proportione Geometrica  
damni & poenæ, pro qualiti-  
tate personarum & circum-  
stantiarum a quo eunque, præ-  
ser-

fertim vero judice explicandā  
esse appicandamque, ut videre  
est commate decimo octavo ce-  
terisq; eiusdem citati Capitis;  
ubi à verbo legis statim omnes  
præter intentionem factæ lœsi-  
nes excipiuntur. Verberationes,  
percussiones ac rixæ coortæ, nō  
ad amissim proportionis arith-  
meticæ retaliendæ, sed dolo-  
ris, medicamentorum, ces-  
sationis & ceterarum impensa-  
rum restitutione compensandæ.  
Prudenter ergo apud Geilium  
*Favorinus* non Grajæ modo  
sed Romanæ rei & disciplinæ  
peritissimus censuisse existima-  
tur, cum philosophice absur-  
ditates legis hujus ille quoque  
demonstrare voluit. *Quoniam*  
in-

inquit non potest Taliōi par  
se Talio, neq; rumpi membrum  
potest ad alterius rupturae equi-  
librium: jus illud rarissime exo-  
ercetur. Ideo vero legem istam  
latam innuit, ut homines me-  
tu cōcererentur. Crudelem qui-  
dem videri non tamen injus-  
tam. Quæ inquit acerbitas est,  
si idem fiat in te quod tute in  
alios feceris, præsertim cum ha-  
beas facultatem paciscendi, &  
non necesse sit pati Taliōem,  
nisi eam tu elegeris. Istud de  
Taliōe decemvirali judicium  
Romanorum. Neque du-  
biū est, quin summus gen-  
tium Legislator, legi socialita-  
tis suæ ejusmodi vim atque  
rigorem eo præcipue fine ad-  
jice-

jicere voluerit, ut rigidæ cer-  
vicis homines, qui creatio-  
nis fini superbe obstreperent,  
ad officium hac ratione magis  
cogerentur. Interim negari non  
potest, quin sicut jure huma-  
no, puta Romanorum mo-  
do memorata lege: ita divi-  
no quoque licuerit reo, in a-  
liis & aliis casibus, cum lœso  
pacisci, & poena pecuniaria  
ad arbitrium judicum soluta  
redimere delictum suum, quæ  
admodum dictum modo fuit.  
(a). Hinc alveo, quod dicitur,  
difficili neq; fluere videtur, legē  
hanc raro, saltem *absolute* nus-  
quā executioni mandatā fuisse.

Id

(a) vide versum 30. citati  
Capitis.

Id quod ipse l'Empereur, quē  
supra nominavi, neque ne-  
gare potest: cum verum eo-  
nim vero, inquit, agnosco, li-  
cet lex Ialionis ita intelligendā,  
ut dictum est; Tamen pes-  
nes judicem fuisse, ut pœnam  
corporalem in pecuniariam pro  
circumstantiarum conditione mu-  
taret non nego. Quod ad di-  
ctum Genesios IX. 6. modo  
citatum attinet, licet absolu-  
te sonet, idem non raro com-  
modiore interpretationē tamē  
admittere, etiam ex Numer.  
trecesimo quinto capite vide-  
re est. Ubi de iis agitur, qui  
non data opera aut destinato  
consilio, sed vel casu vel in-  
considerate quempiam occidis-  
sent,

sent. Hi ipsi vel ad altare tabernaculi. (1) vel ad ασυλα loca confugerent aenium (2) quibus, quicunq; facinus tale aliquod commisissent, tuti præstabantur, donec de causa cædis cognosceretur. Ασυλα autem eatenus dicta fuere loca, i. e. immunitia, quod privilegio peculiari munita essent, ne in illis damno afficeret vel spoliare aliquem auderet quisquam. Christianismi, puta Svecani registerii vetus lex Mosaicam quam proxime accedit. Rhimer draparin til Kircchio eller Kloster &c. agit de voluntaria cæde (i) rhyme

sej

(1) vid. Exod. 21. v. 14. (2)  
Num. 35. 24. 25. (i) cap. 6. L. L.  
item c. I. Stadsl. Dr. med vilja

jer svikur och eigh annarstadz/  
och sidan komme in i Staden  
och biude böter. (k) Ast vero si  
extra civitatis, puta loci & rece-  
ptus illius, limites vindex san-  
gvinis homicidam deprehens-  
deret, potestatem ex lege  
habebat interficiendi eum. (l)

### §. VII.

**P**rostant non nego in hi-  
storia sacra, imo profa-  
na quoque passim exempla e-  
iusmodi hominum, qui per  
eadem, quæ peccaverint, vi-  
cissim puniti fuere. De filiis  
Aronis ex sacris legimus, pro-  
pterea, quod peregrinum i-  
gnem sacrificio adolendo ad-  
moverint, eos igne quoque

C con-

(k) Cap. I. St. L (l) Num.

35. 26, 27.

consumtos fuisse. Suspendii mortem ignominiamque, quam Hamanus Mardochæo in aula regis Ahasveri destinaverat, in patibulo, quod construendum curaverat, ipse sustinuit. Pharaones, Ægypti reges, crudelitatem, qua Israeliticam prolem aquis submergere studuerunt, submersi aquis ipsi rependerunt. Eodem agro, quo Nabothi sangvis effundebatur, canes sangvinem Achabi lingebant. Viduitatem viduitate, orbitatem orbitate, damna damnis, non raro Deus compensavit. Manum falsariam adhibitam ad faciendum Principi subjectionis perjurium, amputacione multatam legimus in Rudolpho anti-Cæsare. Idem Cyro

Cyro evenisse, ignotum nemini esse potest, nempe quo ipse modo cum in vivis esset, se aliorum sanguine satiare non potuit, sanguis victo demum effusus fuit, amputatumque caput conjectum in utrem sanguine repletum, cum exprobatione summa crudelitatis, quâ sanguinem humanum vivus sitivisset. (m) Videntur hæc exempla confirmare usum simplicis Talionis, seu Pythagoricæ. Verum non prohibent ista tamen, quo minus pro Talione proportionata testimonium perhibeamus, & cum Cælio apud Gellium existimemus, quod si in gente

aliqua simplex talio simpliciter invaluerit, factum illud ad existendam penes cives unius reipublicæ prurientē animo libidinē voluptatemq; privatae vindictæ, si minus: deberi rigorem & modum illum poenæ statuendæ non asequentium inficiæ magis, quam vitio scribentium. Certe illam, quæ alia specie poena proportionatur delicto, leges modo ci-tatas divinas & humanas non excludere, verum usui & praxi gentium apprime commendatam voluisse persuasi-  
mi sumus. Qvod enim attinet decem viralem illam Ro-manam, deprehensa absurditate simplicis Talionis, & ex illa

illa emergentis infinitæ reciprocationis retaliationum, eandem non nisi rarius adhibitam ipse, quē s̄epius citavimus Favorinus apud Gellium testatur: ut apud potentiores violentia extingveretur pulsandi atque lædendi humiliores: Alias pars læsa cum lædente convenire & de injuria illata pacisci potuit.

### §. IX.

**I**N mores atque leges diversarum gentium si adhuc studiosius inquirere velimus, in usum & consuetudinem nullius non adductæ simplicis Talionis exempla plurima in promptu erunt. Ne quid de privato jure retorsionis dicam,

cui

cui non imperii Rom. Germanici modo, sed & nostris legibus civilibus certi limites præscribuntur: de populo Romano, qui olim fuit, legitur etiam, quod cædes & damna cum ignominia suæ gentis illata, eodem supplicii genere, eadem acerbitate & infamia cædis, quam lædens ipse sibi permisisset, suorum manibus litaverint. Memorabilis inflata a Carolo IV. imperatore Tationis poenæ ore Dubravii mentionem facit Camerarius. nempe cum forte imperii ci-vium alter nescio quâ zeli ambitione alterum propter impunitatam hæresin acie oculorū privasset, judicio religioso tū quo-

quoque imperatoris, reus sim-  
plici Talioni obnoxius factus  
tuerit, quod injuriæ & da-  
mno, quale immerito passus  
fuisse alter, non alia ratio-  
ne commodâ magis satisfieri  
posse videretur. In legisterio  
Sveonum, quod hactenus ob-  
tinuit, simplicis Talionis vesti-  
gia non obscura prostant in  
his verbis præsertim. Tager  
man annan och lägger med  
tvälde a jord nider / snöper  
han / som noghot få / bry-  
ter ut óghon eller tänder u  
höse hans / eller skår af tun-  
go / nåsa eller öron / hugger  
hand eller foot / eller och ba-  
de af honom / Hafsvi mahls-  
åganden wald / än han twil /  
til

til lösn lata / eller och simi  
for simi / tolka som han mi-  
ste / mista lata &c. (n) illa  
quæ nostratum lex cum Ca-  
tonis in *originibus*, imo Justi-  
niani illa de *castratoribus* pro-  
xime coincidere videtur : qui-  
bus itidem sanctum legimus  
ut quisquis membrum ruperit  
aut os alteri fregerit, eun-  
dem talione proximus ulcise-  
retur. Talionis canon isti ve-  
teris & recentioris ævi, exem-  
plum nostri ævi locique subji-  
ciam : cum quæ in nobis  
met ipsis accidant, altius a-  
nimum, quam longinqua &  
peregrina penetrare soleant.  
De A. M. filio viri maximi il-  
lius,

(n) Edz. B. L. L. Cap. 39.

lius, cui vitam & prope o-  
mnem memoriam sui debet  
**SCANDIA** nostra, itidem  
scriptum invenimus, quod cum  
in judicio publico parentem  
testimonio suo laesisset: non  
eodem peccato solum, cu-  
jus jam ante parentem accusa-  
verat, semetipsum deinceps  
obstrinxerit, sed & palam a-  
gnoverit sibi meritissimo pœ-  
nam Talionis irrogari, cum  
post aliquot annos, vestigio tri-  
bunalis eodem se jam jam sta-  
re condemnarique videret,  
quo parentis condemnationi  
vocem ipse suam fidemque  
pridem jure jurando adscribere volui-  
set. Sed fuit iste modus re-  
tribuendas impietatis naturalis,

aut

aut si mavis fori divini potius,  
cujus *arex epurata* nō nūc,  
quam sanctio civilis aliqua,  
quippe cujus fori non erit ar-  
bitriariam Talionis irrogandæ  
potestatem, legibus statuere &  
civibus suis in solidum per-  
mittere. Salva & incolumi  
Majestate regni in æstuantis  
justo dolore civis sui manus  
resignare sanctissimam partem  
imperii istam, parum tutum  
puto, neque *honestum*, quod  
credo, alius quisquam judica-  
verit. Illud vero iudicium nō  
est ut quis in deteriorem par-  
tem trahat, quasi majestatis  
civilis absolutam potestatem,  
restringere nosmet, eandemq;  
in re licita, & iæpe necessa-

ria quoque, terminis certis cir-  
cumscribere sustinuerimus. Pro-  
dest non nego, in republica  
non raro uti simplici Talione.  
Sed à principe, imo illud et-  
iam parce. Prodest ad incu-  
tiendum horrorem & aversa-  
tionem admissi criminis majo-  
rem. Prodest ad exemplum  
& emendationem, si non sem-  
per lædentes rei, saltem u-  
niversitatis, ut ita dicam,  
scandalizatæ evidentiori & per-  
enni bono. Diximus de *casio-*  
*bus fortuitis*, quod in iisdem  
Talio simplex nullum locum  
inveniat. In turba innoxia &  
imbelli hominum, puta ra-  
tione destituta, si quo facto  
suo aliis nocumento fuerit,  
idem

idem repetendum venit, quod retaliationi humanæ nulli substet, nisi manifesta adsit causa aut saltem præsumtio conspirationis & dolosi consilii. Cujusmodi exempla in ætate pubertati proxima & distincto intervallis furore non nunquam reperiuntur. Mavortium vero rigorem temperet oportet socialitas, æquitas, fragilitas, commiseratio, pudor, verbo: humanitas ipsa. Ne quid de Christianismo dicam, quemcum socialitatis legibus in omni statu conspirare amplius nemo dubitat. præsertim vero Talionis legem adeo non simpliciter abrogatam vult, ut eandem potius explicet, stabiliat atque confirmet,

## §. X.

**P**otissima, ut speramus, de  
Talione dicenda brevissi-  
me licet, præsertim quæ no-  
stri instituti esse videbantur,  
pro tenuitate & modulo inge-  
nii tetigimus. Singula perse-  
qui non animus fert, nec in-  
genii, nedum fortunarum, cui-  
que suspicienda summa ratio  
admittit. In fine quod ad  
exempla illa attinet, queis  
ab ipso Deo simpliciter exer-  
citam fuisse retaliationem,  
probari solet, distincte magis  
dicendum, probeque observan-  
dum existimaverim, in gene-  
re nequaquam velle Deum O.  
M. ut homines in pœnis in-  
fligendis eundem processum  
tene-

teneant, quem ex justis & absconditis caussis ipse identidem tenere soleat. Etenim hic non solum exactam Talionem in statuendis poenis observare potest: verum pro supereminentis ejusdemque sapientissimi imperii beneplacito suo quoq; poenas, quas non nunquam tarde & lento gradu sequi voluit delictum, easdem alio tempore e vestigio infligit. Imo ne lenocinentur sibimet ipsis mali aut ad alias caussas referant, si alia specie poena infligeretur, consultum duxit eodem modo quoque eosdem punire, quo ipsi alios sine causa priores lacestiverunt,

SOLI DEO GLORIA.

Gratulation til Herr Respondenten.  
Det är ej alt, som tyckes, så förnuftigt råts  
och billigt,  
Det är ej alt som månner mång os wijsa, godz  
och willigt.

Wår siäl hon prydes väl med wett, med snile  
*fedar* le och en Lag,  
Men *faller* i sin räknings slut, som livöpman  
i förslag.

Den forna werldens Jämke-Rätt, var tåms-  
lig hård och stränder,  
Det visar Edert wackra Prof som honom us-  
te stränder:

Then mer än grymma Rhadmans Lagh, här  
dömde alt försvarart  
At nåsa, dra hand och fot fullt ynkli sympas  
bort.

En Lag som skadar Rikssens kropp, des lemmar  
ömklig sårar,

En Lag som mången denna tid fullt stappa  
sorg och tårar,

En Lag, om jag så sachtlig får här tala, så-  
ga spå,

Med Krycka, Träben, Råpp och staf full  
mången lara gå.

Haf therför tack vår Musers wan, som in-  
gen möda svartat

En sådan nödig Lårdoms knut för os så väl  
*un* förklarat,

Haf tack och af mig med ett ord, all wäl-  
gång önska til

En åcta frank af Lager grön, om himlen så-  
bart will.

BENEDICTUS BERGENHOLTZ  
*Smolandus.*

Politissime Dn. BECKMAN.

Cum Te, Præceptor carissime, in  
eo occupatum esse viderem ut spe-  
cimen aliquod ederes. etatis. & in-  
dustriæ, in bonis literis impigre & fe-  
liciter collocatae, non potui mihi tem-  
perare, qvin latitiam pariter ac of-  
ficium meum publice testatum face-  
rem. Quem in meis ut & fratum  
meorum moribus ad pietatem & be-  
nestatem conformandis laborem impen-  
dis, cum pro merito, opere in ipso,  
rependere nullus possim, qua potero,  
animi religione remunerabor. Opto i-  
taque velit Cœlestè NUMEN, Cœptis  
omnibus Tuis egregios largiri succes-  
sus, & ita moderari fata Tua, ut ad  
Nominis ipsius gloriam, proximi e-  
molumentum & cognatorum tuorum  
gaudium, qva in posterum aggredia-  
ris, omnia vergant

MARTINUS TOLPO.